lectili instructa, nihil ut sacerdotibus
ad diuini sacrificij, aliorumq sacro-
rum obeunda officia desit; et habet
sacristia ipsa proprium uectigal,
de quo ad sexaginta scuta quot-
annis ad eam perueniunt, alijs
item in locis quatum ecclesiarum
inopia patitur, necessaria supellere
suppetit. Episcopatus reditus fere
cetera tenuitati ecclesiae respon-
dent, aegre ut scuta mille Roma-
nae monetae, de omnibus eius fruc-
tibus, aut ne aegre quidem con-
ficiantur. Atq hac de ecclesia, deq
illius statu.

Quod ad me ipsum pastoralisq officij mei
munus attinet, equidem non possum, nisi
imperitum, ineptum, et oneris graui-
tati plane imparem me confiteri. Ve-
rum Dei benignitate adiutus plus
pene quam imbecillae uires, ~~meae~~ mortuij mei possunt
sunt, praestare conatus sum. Primis
statim diebus, quibus ad ecclesiam
ueni Diocesim omnem uisitaui,
cas-



Castella obiui, lustraui, ac recognoui om-
nia, tam in urbanis, quam in alijs ecclijs.
Ubiq et statui multa de optimi cuiusq Auc-
toris disciplina, et maxime de Mediola-
nensis ecclesiae ~~actis~~ decerpta, et quae sta-
tui, ut in consuetudinem, usumq induc-
erentur (quantum ecclesiarum faculta-
tes tulerunt) curaui. Canonicos ~~ecclesiae~~ d
~~meae~~, qui ob non editam fidei professionem,
fructus non fecerant suos, grauisq delicti
laqueis constricti tenebantur, uenia eius
rei a S.mo D.N. ac poenae ~~remissione~~ remissione
impetrata, liberaui. Tot in urbe parochia- a
les ecclesiae orbae aliae rectoribus, aliae situ,
et squallore deformes, aliae pene iam
dirutae, cum offendere aspectu ipso ocu-
los bonorum uiderentur, nec ad eas
instaurandas, et noua dote ad earum
cultum augendas adigi populum ~~pos-~~
~~se~~, nisi difficili, inuidioso, ac demum
etiam irrito conatu posse intellige-
rem, satius esse ~~censui~~ duxi alias alijs
adiungere, et profanatis quae frac-
tae, atq ruinosae sunt, omnes ad
quatuor tantum redigere, quamquam ne
sic